

N. 0260

Martedì 21.04.2009

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ♦ MESSAGGIO DEL SANTO PADRE ALL'ABATE PRIMATE DEI MONACI BENEDETTINI CONFEDERATI IN OCCASIONE DEL 900° ANNIVERSARIO DELLA MORTE DI SANT'ANSELMO
- **♦ RINUNCE E NOMINE**
- ♦ AVVISO DI CONFERENZA STAMPA

♦ MESSAGGIO DEL SANTO PADRE ALL'ABATE PRIMATE DEI MONACI BENEDETTINI CONFEDERATI IN OCCASIONE DEL 900° ANNIVERSARIO DELLA MORTE DI SANT'ANSELMO

MESSAGGIO DEL SANTO PADRE ALL'ABATE PRIMATE DEI MONACI BENEDETTINI CONFEDERATI IN OCCASIONE DEL 900° ANNIVERSARIO DELLA MORTE DI SANT'ANSELMO

Pubblichiamo di seguito il Messaggio che il Santo Padre Benedetto XVI ha inviato all'Abate Primate dei Monaci Benedettini Confederati, il Rev.mo P. Dom Notker Wolf, in occasione del 900° anniversario della morte di Sant'Anselmo:

• MESSAGGIO DEL SANTO PADRE

Reverendissimo Patri

Domino Notker Wolf

Abbati Primati Benedictinorum Confoederatorum

Nongentesimus Sancti Anselmi obitus iam advenit annus, quem congruenter commemorare honorareque volumus. Vere is Europaeus est Sanctus habendus, qui anno MXXXIII in Italia septentrionali ortus et monachus factus Benedictinus in abbatia Beccensi Normanniae anno MLX, demum Archiepiscopus Cantuariensis in Anglia anno MCIX de hoc mundo demigravit. Memoriam eius devoto animo recolentes, ipsius sapientiae thesaurum extollere collustrareque volumus, ut homines qui nunc sunt, Europaei potissimum, ad eum accedant, solidam eiusdem et uberem doctrinam sumpturi.

Licet Archiepiscopus esset, monachus Benedictinus esse prae ceteris voluit, prorsus vitae monasticae momenti ponderisque conscius. Suam Pontifici Maximo beato Urbano II *Epistulam de Incarnatione Verbi* dicans, appellatur ipse *frater Anselmus, vita peccator, habitu monachus, sive iubente sive permittente Deo Cantuariae metropolis vocatus episcopus* (in S. Anselmi *Opera omnia*, II, ed. F. S. Schmitt, Romae 1940, p. 3). Iuveni cuidam monacho scribit: *Te hortor et moneo, ut mens tua semper ad meliora se extendere studeat. Quod si quaeris consilium quomodo hoc possis facere: monachicum propositum super omnia dilige (Ep. 232, ed. Schmitt, I.c., IV, Edimburgi 1949, p. 138). Significationis quantum Lectionis divinae exercitae Anselmus intellexerit, quod cardo est vitae Benedictinae, patefacit eius <i>Prologus Orationum sive Meditationum*, quas scripsit *ad excitandam legentis mentem ad Dei amorem vel timorem, seu ad suimet discussionem*, de quibus commonet: *Non sunt legendae in tumultu, sed in quiete, nec cursim et velociter, sed paulatim cum intenta et morosa meditatione (Orationes sive Meditationes, Prol.*, ed. Schmitt, I. c., III, Edimburgi 1946, p. 3). Sancti Benedicti verba de vita monastica, quae ad Deum requirendum vertitur (*si revera Deum quaerit*) ipsaque de Christi amore, cui nihil est anteferendum (*nihil amori Christi praeponere*), principia quidem sunt, quae eum ad theologiam vestigandam ducunt (cfr *Regula* S. Benedicti, c. 58, 7; c. 4, 21).

Ex vita igitur Benedictina, quam ipse sive Becci sive Cantuariae exegit, ratio reperitur eiusdem theologici operis. Suis in scriptis, cum altius intellegere fidei mysteria studet, nullum inter eruditionem et devotionem, theologiam et mysticam intervenit discidium. Sanctus Anselmus sicut theologus precatur et precans theologiam vestigat. Magnum eius opus, quod *Proslogion* inscribitur, sicut Sancti Augustini *Confessiones*, una est precatio, una Dei vultum contemplandi est cupiditas. Multum ille humano intellectu, Dei tamquam dono, confidit. Pontifici Urbano II suum opus, quod est *Cur Deus homo*, dicans, rationis ius, immo rationis officium palam sustinet fidei altius vestigandae ad contemplandam veritatis pulchritudinem: *Ubi (sacra pagina) dicit: 'nisi credideritis, non intelligetis', aperte nos monet intentionem ad intellectum extendere, cum docet qualiter ad illum debeamus proficere. Denique quoniam inter fidem et speciem intellectum quem in hac vita capimus esse medium intelligo: quanto aliquis ad illum proficit, tanto eum propinquare speciei, ad quam omnes anhelamus, existimo (<i>Cur Deus homo. Commendatio operis*, ed. Schmitt, I. c., II, Romae 1940, p. 40).

Ob oculos habito huius praestantis Doctoris magisterio, Sancti Anselmi de Urbe Collegium, a Pontifice Maximo Leone XIII conditum veluti academicum internationale Institutum, ad iuvenes totius orbis Benedictinos erudiendos destinatum, praecipua illa principia servare provehereque contendit, quae, secundum eiusdem Sancti Patroni mentem, ad monasticam vitam et ad intellectivum opus attinent. Sed hodiernis temporibus Pontificium Athenaeum Sancti Anselmi, quamvis indolem servet Benedictinam, non monachis tantum patet, sed etiam monialibus sororibusque, cleri saecularis discipulis ac laicis. Istuc vel discipuli non catholici instituendi accedere solent. Collegium hoc proinde factum est vere internationale academicum Institutum. Inibi traditur philosophica, theologica ac liturgica institutio, quae efficit ut fides et intellectiva eiusdem fidei cognitio coniungantur, quemadmodum suis temporibus Sanctus Anselmus egit. Sanctus hic doctor suum *Proslogion* capite illo praeclaro concludit quod est de *gaudio pleno*: *Oro, Deus, cognoscam te, amem te, ut gaudeam de te. Et si non possum in hac vita ad plenum, vel proficiam in dies usque dum veniat illud ad plenum. Proficiat hic in me notitia tua, et ibi fiat plena; crescat amor tuus, et ibi sit plenus: ut hic gaudium meum sit in spe magnum, et ibi sit in re plenum (Prosl.* 26, ed. Schmitt, I. c., I, Seccovii 1938, p. 121).

Exoptantes quidem ut universi precatione illa, laetitia speque referta, imbuantur ipsiusque doctoris doctrinam plenius adipiscantur, Benedictionem Apostolicam, benevolentiae Nostrae veluti signum, tibi nominatim, reverendissime Pater, universae Benedictinae Confoederationi, magistris, discipulis, omnibusque istuc accedentibus, ex animo impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die VII mensis Martii, anno MMIX, Pontificatus Nostri quarto.

[00607-07.01] [Testo originale: Latino]

RINUNCE E NOMINE RINUNCIA DEL VESCOVO DI SYRACUSE (U.S.A.) E NOMINA DEL SUCCESSORE NOMINA DELL'ARCIVESCOVO METROPOLITA DI ST. LOUIS (U.S.A.) NOMINA DEL COADIUTORE DI GOMA (REPUBBLICA DEMOCRATICA DEL CONGO) RINUNCIA DEL VESCOVO DI SYRACUSE (U.S.A.) E

Il Santo Padre ha accettato la rinuncia al governo pastorale della diocesi di Syracuse (U.S.A.), presentata da S.E. Mons. James M. Moynihan, in conformità al can. 401 § 1 del Codice di Diritto Canonico.

Il Papa ha nominato Vescovo di Syracuse (U.S.A.) S.E. Mons. Robert J. Cunningham, finora Vescovo di Ogdensburg.

S.E. Mons. Robert J. Cunningham

NOMINA DEL SUCCESSORE

S.E. Mons. Robert J. Cunningham è nato a Buffalo (New York) il 18 giugno 1943. Dopo aver frequentato la locale scuola elementare cattolica "St. John the Baptist", ha svolto la sua formazione al sacerdozio nel Seminario diocesano preparatorio e al "St. John Vianney Seminary" ad East Aurora. Successivamente ha conseguito la Licenza in Diritto Canonico presso l'Università Cattolica a Washington.

Ordinato sacerdote il 24 maggio 1969 per la diocesi di Buffalo, ha ricoperto i seguenti incarichi: Vice-Parroco delle parrocchie del SS. Sacramento e di S. Giovanni Battista e, contemporaneamente, Segretario del Vescovo Ausiliare S.E. Mons. Bernard J. McLoughlin (1969-1974); Segretario particolare del Vescovo e Cancelliere Aggiunto (1974-1978); Vice Cancelliere della diocesi (1978-1985); Cancelliere (1985-2004); Vicario Generale (1986-2004); e Parroco della parrocchia di S. Luigi a Buffalo (2002-2004). Nel corso di questi anni è stato Membro di vari Consigli, Commissioni e Comitati di Amministrazione, nonché Giudice del Tribunale diocesano.

Dopo il trasferimento di S.E. Mons. Henry J. Mansell alla sede metropolitana di Hartford nel 2003, S.E. Mons. Cunningham è stato eletto Amministratore Diocesano.

Nominato Vescovo di Ogdensburg il 9 marzo 2004, è stato consacrato il 18 maggio successivo.

In seno alla Conferenza Episcopale è Membro del "Committee on the Protection of Children and Young People", del "Committee on Priorities and Plans" e del "Subcommittee on Native American Catholics".

Il suo motto episcopale è "Ecclesia Mater Nostra".

[00604-01.01]

• NOMINA DELL'ARCIVESCOVO METROPOLITA DI ST. LOUIS (U.S.A.)

Il Santo Padre ha nominato Arcivescovo Metropolita di St. Louis (U.S.A.) S.E. Mons. Robert James Carlson, finora Vescovo di Saginaw.

S.E. Mons. Robert James Carlson

S.E. Mons. Robert James Carlson è nato a Minneapolis (Minnesota) il 30 giugno 1944. Ha frequentato la scuola elementare "Saint Raymond" a Mount Prospect (Illinois); la scuola "Annunciation" a Minneapolis; e la scuola media "Cretin" a Saint Paul. E' entrato prima nel Seminario minore "Nazareth Hall" e poi nel Seminario arcidiocesano "Saint Paul" a Saint Paul.

E' stato ordinato sacerdote per l'arcidiocesi di Saint Paul and Minneapolis il 23 maggio 1970.

Dopo l'ordinazione ha svolto i seguenti uffici: Vice Parroco della "Saint Raphael Parish" a Crystal dal 1970 al 1972; Vice Parroco della "Saint Margaret Mary Parish" a Golden Valley dal 1972 al 1973 e Amministratore parrocchiale dal 1973 al 1976; Direttore Vocazionale e Vice Cancelliere dal 1976 al 1977. Dal 1977 al 1979 ha seguito gli studi di Diritto Canonico presso l'Università Cattolica d'America a Washington, D.C. Dal 1979 al 1983 è stato Cancelliere della Curia diocesana e Parroco della "Saint Leonard of Port Maurice Parish".

Nominato Vescovo titolare di Avioccala ed Ausiliare dell'arcidiocesi di Saint Paul and Minneapolis il 19 novembre 1983, è stato consacrato l'11 gennaio successivo.

Il 13 gennaio 1994 è stato nominato Vescovo Coadiutore della diocesi di Sioux Falls (South Dakota), ed è diventato Ordinario di quella sede il 21 marzo 1995.

Il 29 dicembre 2004 è stato nominato Vescovo di Saginaw. Mons. Carlson è anche membro del comitato per la promozione delle vocazioni al sacerdozio e alla vita consacrata della Conferenza Episcopale Statunitense.

[00605-01.01]

• NOMINA DEL COADIUTORE DI GOMA (REPUBBLICA DEMOCRATICA DEL CONGO)

Il Papa ha nominato Vescovo Coadiutore della diocesi di Goma (Repubblica Democratica del Congo) S.E. Mons. Théophile Kaboy Ruboneka, finora Vescovo di Kasongo.

[00606-01.01]

AVVISO DI CONFERENZA STAMPA

Si informano i giornalisti accreditati che domani, mercoledì 22 aprile, alle ore 12.30, nell'Aula Giovanni Paolo II della Sala Stampa della Santa Sede, avrà luogo la Conferenza Stampa di presentazione del Festival della Scienza a Owerry (Nigeria), che si svolgerà dal 24 aprile al 2 maggio 2009, organizzato con il patrocinio del Pontificio Consiglio della Cultura.

Interverranno:

S.E. Mons. Gianfranco Ravasi, Presidente del Pontificio Consiglio della Cultura;

Prof. Vittorio Silvestrini, Presidente della Fondazione Idis-Città della Scienza di Napoli;

Dott. Luigi Amodio, Direttore della Fondazione Idis-Città della Scienza di Napoli;

Porterà la sua testimonianza uno studente dell'Associazione Assumpta Science Centre Owerri (ASCO).

[00588-01.01]

[B0260-XX.01]